Quelle: http://manuscripta.at/?ID=460
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Iam sicut idem euangelista scribit quia illud de quinque panibus
miraculum factum est primum erat pascha diei festum iudeo
rum nec tunc in ipso sed in pascha anni sequentis eum ad pas
sionem uenisse commemorat. Hic est quod in illa cena paschali quin
dum traditus est nichil de uno corpus et sanguis mysterio
idem beatus iohannes commemorat quia uidelicet copiosius hoc et
sublimius in precedentibus euangeliis suis partibus explicauerat.
et ea reliquis tribus euangeliis quod in eadem cena in commemo
rationem dominice passionis ad salutem fidelium fuerat tantum
diligenter nouerat commendatum. Verba quippe matthei hec sunt.
Cenantibus autem eis accepit ihesus panem et benedixit ac fre
git. deditque discipulis suis et ait. accipite et comedite hoc est
corpus meum. et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens
bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus noui testamen
ti. qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.
Marcus uero sic ait. Et manducantibus illis accepit ihesus
panem et benedixit fregit et dedit eis dicens. Sumite hoc est
corpus meum. et accepto calice gratias agens dedit eis et biberunt
ex illo omnes. et ait illis. hic est sanguis meus noui testamenti
qui pro multis effundetur. Lucas uero his uerbis narratio
explicatur. Et accepto calice gratias egit et dixit. accipite et diuidi
te inter uos. Dico enim uobis quod non bibam de generatione ui
tis donec regnum dei ueniat. et accepto pane gratias egit et fre
git et dedit eis dicens. hoc est corpus meum quod pro uobis datum
hoc facite in mea commemorationem. Similiter et calicem postquam cenauit
dicens. hic calix nouum testamentum est in sanguine meo qui pro
uobis fundetur. Beatus et paulus commemorans illum sacratissimum